



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post  
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

Litani[a]e.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

modi licentias cuiquam concedant, vel impartiantur. Quinimo omnem facultatem concedendi huiusmodi licentias retinendi, vel legendi opera huius impii auctoris, ex quacunque causa, & sub quouis pretexto, & colore quibuscunque personis, quavis auctoritate etiam Apostolica suffultis, & quacunque dignitate praedictis, etiam ipsismet Cardinalibus super Indice librorum prohibitorum depuratis, ac supremis inquisitoribus praedictis adimimus, eamque nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus tantum reservamus. Cassantes insuper, & ex nunc irritantes quascunque licentias, etiam a nobis concessas, & a successoribus nostris Romanis Pontificibus, respectiue concedendas, quae manu nostra, aut successorum praedictorum subscriptae non fuerint. Per has tamen nostras literas non intendimus prohibere retentionem librorum iuris canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum habentium additiones, seu apostillas, ut vocant, huius impii hominis ipsis tamen additionibus, seu Apostillis deletis, & emendatis iuxta censuram de mandato nostro nuper editam, & in Typographia Camera Apostolicae impressam Romae hoc anno MDCII. Chartis seu foliis xxiiij. distinctam, cuius initium est. Censura in omnes additiones, sed ad notaciones marginales damnatae mem. impij Caroli Molinei ad textum Iuris Canonici. Commentaria Decii in decretales, & ius civile, ad consilia Decii, & Alexandri, & ad Dynum de reg. iu. & Decium in titulum ff. de reg. iu. finis vero est, Aliqua fortasse in praemissis, & consimilibus additionibus ab oculis nostris effugerunt, notatu, & censura digna, quae diligens lector animaduertens delere proflus teneatur. Postremo sub censuris, & poenis supra praedictis omnibus, & singulis Christi fidelibus per Apostolica scripta mandamus quatenus intra mensem a publicatione praesentium in locis per quae eadem ad eorum notitiam peruenire possint, facienda computandum, omnia, & singula scripta, opera, & commentaria praedicta Caroli Molinei, realiter, & cum effectu locorum ordinariis, vel inquisitoribus exhibeant, & consignent, ipsis vero locorum ordinariis vel inquisitoribus, ut illa statim nulla interposita mora, aut expectata licentia igne comburant, & comburi faciant, ut autem &c.

## L I T A N I A E.

**P**RÆTER Summissas sciendum est, extare Decretum S. D. N. Clementis Papae viii. circa litanias obseruandum.

Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines pretexto aliena deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, ut iam prope innumerabiles formae Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptae sententiae, in aliis (quod grauius est) periculosa, & errorem sapientes inueniantur Sanctissimi Dominus Noster Clemens Papa viij. pro sollicitudine sua prouidere volens, ut animarum deuotione, Deique ac Sanctorum inuocatio, sine vllius detrimenti spiritualis periculo foueatur, praecipit, ac mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus litiis, quae in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non litiis de Beata Virgine, quae in Sacra Aede Lauretana decantari solent: quicumque alias litanias edere, vel iam editis, in ecclesiis, siue oratoris, siue Processionibus, uti voverint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia praedictae Congregationis, eas in publicum edere, aut publice recitare praesumant, sub poenis (vltima peccatum)



tum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris se vere infligendis. Præfens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, octauo Idus Septembris, Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. MDCL.

Quintilianus Adrianus, Notarius.

M A G I S T E R.

PRÆTER Summissas sciendum est, qualiter Leo. X. in Concilio generali Lateranen. decreuit fol. 171. in Bul. incip. Apostolici, & infra.

Omnibus, & singulis Philosophis in Vniuersitatibus studiorum Generalium, & alibi publice legentibus, districtè præcipiendo mandamus, vt cum Philosophorum principia, aut Conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitæ, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere & persuadendo posse docere ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia exhibant, pro viribus excludere atque resoluerè, & cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi, & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina, originaleque causas, vnde facile oriuntur remouere, cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelata veritate lumine ineriorè quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem; Ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem hac salutari constitutione ordinamus, & statuimus, ne quisquam de cetero in Sacris Ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo, Philosophiæ, aut poësis studijs ultra quinquennium post grammaticam, & dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs, insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologia, aut Sacris Canonibus operam nauauerit, vt in his Sanctis, & vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas Philosophiæ, & poësis radices purgare, & sanare valeant. Et hos Canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute Sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nul li ergo, &c.

Leo. X.

Congruit. tit. cleric. vel monac.

Exstat item eiusdem Leonis X. in eodem Consilio Lateranensi Decretum obseruandum a Magistris, & Præceptoribus Scholarium fol. 164. in Bullar. incip. Super na, & infra.

Cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum, & a teneris assuefieri ad bonum, magni sit operis, & affectus, statuimus, & ordinamus, vt Magistri scholarium, & præceptores, pueros suos, siue adolescentes nedum in grammatica, & theoretica, ac ceteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei,

cong. tit. de magis.